

Varia.

Porphyrii de antro nympharum libellum ediderat Hercher in Aeliano Didotiano codice adhibito ut aiebat Marciano 211; Hercheri verbis confisus est Nauck. At nihil in hoc libro Porphyrianum inesse, immo Marcianum app. IX 4 (olim Bessarionis) a viro docto usurpatum esse Venetiis intellexi. A compluribus manibus diversis temporibus exaratus est; f. 48—142 continent Odysseam in charta bombycina saeculo XIII. aut XIV. exaratam. Liber v' inc. f. 72^v, in margine f. 73^v habes Πορφυρίου περὶ ἄντρου τῶν νυμφῶν. Totus libellus scholiorum in morem margini adscriptus est. Ductus minutissimos satis diligenter legit Hercher; nec tamen pauca rectius legi, donec oculis dolentibus codicem abieci. Inspexi praeterea Vaticanum 305 bombyc. saec. XIV, ex quo manavit vulgata; de quo cf. Schrader Porph. quaest. Hom. I 342 Heraclit. ed. Mehler IV sq.

In ipso igitur initio ὁ ὅμηρος habet M quod verum puto; 55, 18 N. ἄντρα M; 56, 3 τοῖς πᾶσι MV; 56, 15 τῶν cum etiam in M desit delendum est; 56, 23 et in M et in V est του; 57, 2 ἐν om. MV; 57, 9 αἰτίαν supra versum addidit V²; 57, 11 ἀνατολῇ καὶ δύσει M et sic edendum; 16 in V lacuna hausit -άς λιτα-, τιμάς in marg. suppl. V²; 19 ποιητικῆς M. 58, 1 πλάσμα τῆς V sed τῆς del. V²; τῶν ποιητῶν ut vid. M; 3 ὡς periit in V, in marg. suppl. V², ὥν M; 4 τοῦ pro τῆς εἰς M; 7 ΙΖ στάδια M ιβ̄ σταδίων V; 8 π M πέ V. Vel ex his manifestum est nullam fidem ei quem habemus esse apparatui. Ut graviora tantum adferam, 58, 15 ἀνιχνεύοντας ut vid. M, -ον V, verisimile est ἀνιχνεύοντα; 60, 4 πρω V, edendum πρώτου; 25 τὸ post δὲ recte MV; 62, 1 ἴδεν pro ἴδε γὰρ recte uterque et κατωγείω quod a Porphyrio non alienum puto.

Ut de meo aliquid addam, 65, 4 ψυχαῖς μὲν τελλομέναις εἰς φύσιν habet vulgata, τελουμέναις ex M recipiunt per-

peram: neque enim meliores fiunt animae in mundum intrantes sed deteriores. At στέλλεσθαι εἰς γένεσιν et similia frequen-tissima; cf. Procl. in remp. 17, 3. 26, 15 Reitz. 36, 18 Pitra.

Vit. Pythag. 41, 20 δὶ ὧν ἔδεικνυεν ὡς ἀθάνατος ἡ ψυχὴ καὶ τοῖς κεκαθαρμένοις εἰς μνήμην τοῦ παλαιοῦ βίου ἀφικνεῖται. Edendum est καθαρμοῖς, quod in codicibus recentioribus, quales soli libellum exhibent, facillime in κεκαθαρμένοις mutari potuisse sciunt vel tirones.

In eiusdem *libello ad Gaurum* misso, quem auctori vindicavit et edidit Kalbfleisch (Abh. Berl. Akad. 1895), nonnulla remanse-runt menda, quorum pauca tollere posse mihi videor.

37, 17. Si fetus vulva inclusi animantium non plantarum more viverent, pro animalibus eos habere liceret: ἐπειδὴ δὲ τὴν μὲν (sc. τῶν ζύων διοίκησιν) ὡς ἀλλοτρίαν παραιτεῖται (τὰ ἔμβρυα), δὶς δὲ (sc. τῆς τῶν φυτῶν διοικήσεως) ὡς οἰκειοτάτης σχεδὸν ὑπεναντίας ἔχει τῇ μετὰ τὴν ἐκ γαστρὸς πρόοδον, ὅταν τὴν τοῦ ζώου ψυχὴν εἰσοικίσται, τί παρέντες etc. Recte ὑπεναντίαν scripsit editor; at male fecit quod post οἰκειοτάτης commate posito subaudiendum putat διοικήσεως διοικεῖται; apodosis enim a τί demum incipit. Immo excidit διοικούμενα aut simile aliquid.

51, 4 ἡ μέντοι κατὰ γαστρός (θρέψις) ἔστιν ἰδία, καὶ οὐδιὰ στόματος, δι' ἄλλου δέ, εἴ [δέ] γε τοῦ δμφαλοῦ, εἴπερ ἦν φυτῶν μᾶλλον, οὐ ζύων. Pro εἴπερ ὅπερ δedit editor; verum est ἥπερ.

Praeterea 44, 17 requiritur verbum <ἔστι> κατήκοα; 45, 6 μὲν aut μὲν δὲ corruptum est; 45, 9 δτι φυτικὴ διοίκησις ἐν τῇ μήτρᾳ τῶν ἔμβρυων κατὰ Πλάτωνα καὶ οὕτω τῆς αὐτοκινήτου ψυχῆς μέτοχα: nempe μετοχή. 52, 10 δὲ addi non debet, paulo post μένον pro μόνον requiro; 53, 29 γε in τε μα-taverim.

In libri περὶ τοῦ ἐφ' ἡμῖν reliquiis a Stobaeo servatis haec leguntur II 167, 1: ἔρχεται (ἀρχεται P) δὲ ἐπ' ἀνθρώπου μάλιστα ἀνειμένον [ἐλεύθερον] τὸ ἐθελούσιον, πρὸς μὲν τὰ τῆς ψυχῆς ὡς καθ' ἔαυτὴν καὶ μὴ ἐν σώματι δεδεμένην πεπεδημένην, πρὸς δὲ τὰ τοῦ ζώου καὶ συναμφοτέρου αὐτεξούσια ἔργα λελυμένον. Non intellexerunt editores ad unum omnes; commate enim distinguunt non ante πρὸς μέν, sed post ψυχῆς; delent δεδεμένην, πρὸς addunt ante αὐτεξούσια, in fine scribunt λελυμένου. Ut non loquar de primis verbis, quae sana non sunt, omnia bene se habent, dummodo scripseris: δεδεμένης πεπε-

δημένον. Expectas καθ' ἔαυτὴν οὐσης, περι τamen quicquam addere audeo.

169, 24 si conicere licet unde Plato haec sumpserit, φαίην ἀν οἷμαι, ὅτι τῶν παρ' Αἰγυπτίοις σοφῶν τοὺς βίους ἐκ τῶν ὠροσκόπων σημειουμένων . . . ἀνατράζειν μὲν τὴν ποιὰν διάθεσιν τῶν σχηματισμῶν ποιοὺς εἶναι τοὺς βίους . . . μὴ συντίθεσθαι αὐτὸν τοῖς Αἰγυπτίοις. Nulla in his offensio; at Wachsmuth omnia corruptit addens παρὰ inter ὅτι τῶν et ab ἀνατράζειν novum incipere statuens enuntialem, ut non iam sciamus, unde pendeat συντίθεσθαι; debebat saltem οὖν addere post μέν.

Pergit p. 170, 8: τῶν δὲ ψυχῶν κατὰ τὰς ἐνούσας διαθέσεις ἐπὶ τοὺς ὠροσκόπους φερομένων καὶ βίους, ⟨οὓς⟩ σημαίνουσιν οἱ σχηματισμοί, βλεπουσῶν τετραμμένους τὰς ἐλομένας ὡσπερ ἐν πίνακι [τετραμμένα] ἐν τῇ οὐρανίᾳ γῆ, διὰ μὲν τὸ αὐτεξούσιον δύνασθαι καὶ μὴ βιῶναι οὕτως, ἐλομένας δὲ . . . ἀνάγκη ἐκτελεῖν τὰ τετραμμένα. Tolerari non potest τὰς ἐλομένας: post γῆ transposuit Heeren, quem sequitur Wachsmuth recte delens τετραμμένα, perperam transponens etiam τετραμμένους quod suo loco stat. At ante διὰ μὲν nullo modo ferri potest τὰς ἐλομένας: 'animaes antequam elegerunt liberae sunt et diversa amplecti possunt, post electionem unam vitam, quam elegerunt, vivere coguntur.' Evidem τὰς ἐλομένας deliverim. Sed non ideo hunc locum exscripsi; aliud enim restat mendum manifestum, terra caelestis. Dici debebat caeli motus: ἀγωγή aut περιαγωγή verisimile.

Ut minora quaedam paucis absolvam, p. 166, 11 τοῖς βίοις οὓς τις μέτεισιν (οὐ libri) verum est, l. 15 et 20 falsa protulit Wachsmuth, vera habent libri; p. 171, 11 sic edendum: Ζῳδίων δὲ ὄντων δώδεκα, διὰ μὲν ἡ δόδος ταῖς ψυχαῖς πεπίστευται τοῖς Αἰγυπτίοις γίγνεσθαι (ἥ) τῇδε, πανταχοῦ σχεδὸν (hic commaprount!) αἱ μὲν πρῶται τοῦ ζῳδίου (ζῳδιακοῦ libri) μοῖραι, ὡς ἀν αὐτῷ (ἀγαθῷ Heeren quem secuntur) νενεμημέναι τῷ κυρίῳ τοῦ ζῳδίου, παρεδόθησαν εἶναι ἀμφιλαφεῖς. Primae cuiusque signi (non zodiaci) partes ei stellae subiacent, quae totius signi domina est; quae et benivola esse potest et malivola, quoniam e quinque stellis benignam naturam habent Juppiter et Venus, malignam Saturnus et Mars, communem Mercurius. Aegyptiorum doctrinam 'semper fere' primas partes signi domino attribuentem sequiter Firmicus p. 46, 19 editionis nostrae.

p. 171, 27 εἰ μή τις τὴν μὲν κατὰ τὴν σπορὰν ὠροσκο-

πίαν τὸ (τοῦ libri) ἀνθρώπου ἡ κυνός ἐλέσθαι ἔμφαινειν τὸν κλῆρον εἴποι, τὴν δὲ τῆς ἐκ ταστρὸς ἐκτροπῆς ὠροσκοπίαν τοῦ δευτέρου βίου . . . ἐνδεικνύναι τὴν αἵρεσιν. Necessarium esse τό statim intelleges, ubi inter se respondere τὸ ἐλέσθαι et τὴν αἵρεσιν reputaveris.

Ne in *Iamblicheis* quidem Stobaei editores omnia recte administrasse et olim demonstravi (Philol. N. F. VII 423) et nunc paucis exemplis illustraturus sum.

I 376, 5 qui animam sua quidem natura unam et simplicem putant, σχέσεσι vero et κατατάξεσι multipicem, ἔπειτα ἀναχέοντες (FP², ἀνασχέοντες P¹) ἀπὸ τοῦ πλήθους τῆς ὅλης ἐπὶ τὴν μίαν ψυχήν. Multa certatim protulerunt viri docti: ἀναστοιχειοῦντες, ἄγχοντες, ἀναστέλλοντες; quale vocabulum requiratur, demonstrat ἀναλύοντες quod paulo infra scriptum videmus. Verum puto ἀναθέοντες.

II 173, 8 anima est ἀρχὴ τῆς φύσεως καὶ τῶν ὅλων κινήσεων: forsitan ἀλλων. — 175, 20 penes hominem est rerum bonarum adpetitio: καὶ ταῦτα ἐν τῇ προαιρέσει μόνον κυριώτατα δὴ ἀφώρισται, τὰ δ' ἀπορούμενα παρὰ τοῖς πολλοῖς δι' ἄγνοιαν ἀμφισβητεῖται. Utique scribendum est τά. — 176, 1 requiritur οὐδὲν (οὐδὲ libri) γὰρ παρὰ φύσιν γίγνεται.

Damascii de principiis libri prorsus intolerabilis unus est locus prae ceteris insignis, quo partim Eudemo partim aliis auctribus usus de variis variorum theologorum sententiis refert. In quo cum olim nonnulla corresisset (Philol. N. F. VII 425), nuper totum locum contuli cum Marciano 246 saec. IX, quo uno Damascii recensio nititur. Pauca delibare satis habeo.

In ipso initio (I 316, 18 Ruelle) haec scripta videmus. ἐν μὲν τοίνυν ταῖς φερομέναις ταύταις ῥαψῳδίαις Ὄρφικαῖς ἡ θεολογία δέ τις ἐστὶν ἡ περὶ τὸ νοητόν, ἣν καὶ οἱ φιλόσοφοι διερμηνεύουσιν, ἀντὶ μὲν τῆς μιᾶς τῶν ὅλων ἀρχῆς τὸν Χρόνον τιθέντες etc. δέ nullo modo ferri potest, nec melius δῆ, quod ex apographo protulit Bentley: oporteret enim utrumque ἡ abesse. Excidisse videntur litterae quae post ΛΟΓΙΑ facillime poterant excidere ΤΟΙΑ: ἡ θεολογία τοιάδε τίς ἐστιν etc. Sane non concinne scripsit Damascius, qui cum post διερμηνεύουσιν pergere deberet: πρῶτος μὲν ὁ Χρόνος ἀναλογῶν τῇ μιᾷ τῶν ὅλων ἀρχῇ, convertit rationem ostendens, quam non curaret veram theogoniae Orphicae formam prae decessorum suorum commentis.

317, 5 οὖν om. M recte; 6 non εἰς δὲ τὴν sed τὴν δὲ om-

missò eis: nulla fides Heitzio (Kern p. 6). 9 sic edendum: καὶ γὰρ (καὶ de suo adiecit R.) τὸ μέσον ἀεὶ φαντάζει συναμφότερον τῶν ἄκρων, ὕσπερ καὶ τοῦτο ἄμα καὶ ὡδὸν καὶ τρίμορφος θεός: nam ὁ ante θεός scripsit quidem M, sed puncto supra posito delevit. Ibid. 12 τὸ δὲ μέσον κατὰ μὲν τὸ ὡδὸν ἔτι ἡνωμένον, κατὰ δὲ τὸν θεὸν ἥδη διακεκριμένον, τὸ δὲ ὅλον εἰπεῖν διακρινόμενον: fortasse nihil latet nisi ἔτι.

317, 16 de Hieronymi vel Hellanici theogonia referens: ὕδωρ ἦν, φησίν, ἐξ ἀρχῆς καὶ ὑλὴ, ἐξ ἣς ἐπάγη ἡ γῆ, δύο ταύτας ἀρχὰς ὑποτιθέμενος πρῶτος, ὕδωρ καὶ γῆ. Sic M, non πρῶτον; scribendum πρώτας; neque enim refert quis primum haec principia statuerit.

318, 1 ἀγήρατον, at infra 10 ἀγήραος recte: cf. Procl. in remp. 13, 24 Reitz. Kern 4^o. Ibid. 7 τῆς recte (σιγῇ ex σιγῇ); 11 τριπλὴ τονήν ut coniecerat Zoega in ipso extat codice, nec minus νοτερόν, ut voluerat Lobeck; etiam 15 est νοτερός, non νοερῶς.

319, 5 ἥδε i. e. ἥδε M; ibid. 9 edendum est ὡς παντάπασιν ἀρρητόν τε καὶ ἀγνωστὸν τρόπῳ τῷ (ἀνθρώπῳ Diels apud Kern de Orph. Epimen. 54) κατὰ διέξοδόν τε καὶ ἀπαγγελίαν.

320, 2 τὴν δε τὴν M. 322, 9 deest τὸ ante ἡνωμένον; 13 addendum est (καὶ) τῆς μὲν ἡγεῖσθαι; in codice est τῆς et statim ὠρομάσδην. 323, 10 non τοῦτο, sed τοῦτο; 17 Αἰγυπτίους et sic edendum. 324, 12 καθ' ὅλου λόγου (cf. Philol. N. F. VII 426).

Galeni compendium logicum nuper egregie a Carolo Kalbfleisch editum hoc habet enuntiati negativi universalis exemplum p. 6, 23: οὐδεὶς ἀνθρωπὸς τραπτός ἔστιν. In codice ante γρ duae fere litterae abrasae, una inter ὁ et ο. ‘Desidero velut ἀθάνατος’ adnotat editor; Galenus scripsit τετράπους.

Eiusdem *de animi vitiis librorum editionem* a Marquardtio confectam suo iure vituperavit A. Nauck (bull. de l'acad. de St. Pétersbourg 31, 396 sqq.), qui multa ipse praeclare emendavit. Ex eis, quae margini adscripti, dum alia agens hos libellos perlego, nonnulla profero.

24, 7 καὶ παραφυλάττωμεν, ὅπως ἀπάντων τε καὶ συνδειπνούντων ἔλαττον ὅψου προσενεγκώμεθα. Plane absurdum est seiungi omnes et convivas; apertum est requiri τῶν pro τε.

25, 20 τούτῳ (οὕτῳ, corr. M.) γὰρ αὐτὸς πλεονεκτεῖ σώφρων ἐγκρατοῦς, τῷ μηδ' ἐπιθυμεῖν ἔτι λίχνων ἐδεσμάτων. In his verbis (quae cum vicinis eici voluit Nauck importunae Galeni

loquacitatis oblitus perperamque in suspicionem vocans λίχνων ἔδ.
quod redit 24, 9) tolerari non potest αὐτός, requiritur αὐτῷ;
paulo enim ante dictum erat σωφροσύνης esse proprium μηδ'
ἐπιθυμεῖν έτι τῶν ὑδίστων.

40, 5 'quomodo nimiam gloriae cupiditatem deponemus?'
ἔὰν πεισθῶμεν πότερον δρθῶς εἴρηται πάθος εἶναι ψυχῆς μο-
χθηρότατον ἀπληστίαν. Maculae abstergendae sunt duas: πρό-
τερον et εἰρήσθαι reponenda.

51, 15 'in quaestionibus mathematicis ipsae res ostendunt,
utrum quis vera invenerit necne' καθάπερ ἐπὶ τῷδε τὴν δοθεῖ-
σαν εὐθεῖαν εἰς τὰ ἐπιταχθέντα μέρη διελεῖν. Quivis videt τῷ-
δε in τῷ mutandum esse. Pergit: 'at homines indocti forsitan
nesciant quid dicam': ἐγὼ δὲ καθάπερ δλοις αὐτοῖς ἐπιχειρήσω
σαφέστερον εἰπεῖν. Quid sibi vult δλοις? Galenum acriter in
philosophos stultos invehī recordatus rescribe ὄνοις; similiter 54, 8:
ἐνίους μὲν δύναδεις ὅντας φύσει.

54, 22 'viam ad veritatem ferentem quisquis ingressurus
est, liber sit oportet omnibus animi vitiis' τὸν δ' ὑπό τινων
παθῶν, μν εἰπον, οἰστρούμενον πρὸς μὲν τὴν οὕτω μακρὰν
δόδον δκ νῷ, ἐκείνους δὲ (philosophos falsa eum docentes) μισῶ
ώς ἐπίβουλόν τε καὶ διάβολον κατασκευάζοντας. Mutilum esse
locum dicit editor, et possis supplere verbum ad δκνῷ quale
προτρέπειν; sed fortasse in ipso δκνῷ latet οὐ κινῷ.

61, 8. Hunc locum male habuit editor perversas coniecturas
recipiens, veram et necessariam non inveniens. 'Oportet cum iu-
dicio eos audire, qui vera invenisse sibi videntur, et inventa
eorum examinare': πάλιν κάνταῦθα παρ' αὐτῶν ἀκούσαντα,
τίνα τίθενται κριτὴν τῆς ἐν λόγοις ἀληθείας, εἴτα καὶ πάλιν
αὐτὰ ταῦτα πῶς εἶναι χρὴ βουλευόμενον αὐτόν etc. Et per se
manifestum est et plurali subsequenti αὐτὰ ταῦτα demonstratur
κριτὴν depravatum esse ε κριτήρια.

61, 17 'Primum veritatis criterium indagare oportet' δμο-
λογούμενον δ' ἦν αὐτὸ καὶ χωρὶς κρίσεως ἰκανὸν ἐνδείκνυσθαι
τὴν αὐτὴν δύναμιν ἐστι τοῦτο πάσης ἀποδείξεως. Nemo
haec intelleget: verum puto δύναμιν ἐπὶ [τοῦτο] πάσης. Etiam
quaes praecedunt corrupta sunt; fortasse extrema verba πᾶσιν
(πᾶσι δ'?) ἀνθρώποις cum hoc enuntiato coniungenda.

71, 12 'si ei qui veritatem adsecuti sunt docent, ceteri om-
nes intellegunt: ἐκεῖνοι δὲ μόνοι δ' ἀγυμνασίαν καὶ βραδύτητα
ψυχῆς μὴ μανθάνουσιν εἴτα παρακαλούσιν ἐμὲ καὶ τις ἐξ αὐ-
τῶν κατὰ τύχην παρακολουθήσειν, ἀλλ' εἰπεῖν γε τὸ εἰρημένον

οὐ δύναται. Cum in eo codice, qui unus inspectus est, desit μὴ μανθάνουσιν, de verbis εἴτα παρακαλοῦσιν nihil adfirmo (μηδὲ παρακολουθοῦσιν?); sed in ἐμὲ certo certius est latere εἰ δὲ, nec opus est addere ἀν τοῖς λεγομένοις post παρακολούθησειν.

Ut leviora quaedam breviter tangam, 53, 23 edendum est οἶδα δὲ ὅτι: nam εὖ οἶδ' ὅτι in principio enuntiati non collocatur (Matthiae p. 1494). 56, 14 ἡ τι pro ἦτοι. 58, 16 ἐσκίρωται. 60, 14 ἐκάστου βίου fortasse recte deest in L; nam verba ἡ περὶ τέλους ὑπόληψις ψευδῆς intellegebat, quisquis vel leviter philosophia imbutus erat. 69, 16 ἀναισχύντως, 24 ἀναλυτικῆς. 79, 13 αὐτοῦ pro αὐτόν.

Vratislaviae.

W. Kroll.